

Nec obest: quod damnatus sit obstinatus in malo; quia non est obstinatus in peccatis in hac vita remissis.

Nec obstat: quod pœnæ damnatorum sint inimmutabiles; quia quamvis pœna essentialis damnatorum mutari non possit, pœna tamen accidentalis, quæ debetur ob peccatum mortale in vita remissum, mutari potest.

Denique nec obest: quod existens in peccato mortali pro pœna temporali propter peccatum mortale remissum in hâc vitâ satisfacere nequeat; quia in hâc vitâ solum locum habet satisfactio, quæ extrâ statum gratiæ à Deo non acceptatur, in alterâ vitâ locum habet satispassio.

## DISPUTATIO XVIII.

### *De legum essentiâ, distinctione & subjecto.*

**P**Ost considerationem eorum actuum, quibus ad Deum ut ultimum finem pervenimus, vel ab eo recedimus, nunc pergit Angelicus Doctor ad expendenda illa, quibus Deus nos circâ agenda instruit, quæ sunt leges, & quo ad agenda juvat, quod est gratia. Lex à legendō est dicta eò, quod olim solebant in publicis tabulis leges scribi, & populo legendæ proponi, vel ut alii volunt à ligando, eò quod homines legibus ligentur & obligentur ad aliquid præstandum vel omittendum. Lex metaphorice sumitur pro inclinatione & propensione in aliquem finem naturaliter impressâ ut Prov. 8. v. 29. *Legem ponebat aquis ne transirent fines suos.* Sic etiam ab Apostolo ad Rom. 7. v. 23. Inordinata inclinatio appetitus sensitivi lex membrorum, lex peccati appellatur. Lex propriè sumpta est regula directiva actuum humanorum in bonum. De hâc regulâ agunt Theologi in quantum ab increatâ iustitiâ derivata hominem à vitiis avocat & ad Deum ultimum finem supernaturalem consequendum disponit.

QUÆS-

## QUÆSTIO I.

*De essentiâ & divisione legis.*

**S**UPPONO. Necessariam esse homini legem, per quam actus humani in finem suum ultimum dirigantur, quia cum homo sit creatura ab intrinseco in suis operationibus defectibilis, nec ipsa possit esse regula suarum operationum, indiget aliquâ regulâ extrinsecâ superioris potestatis, quâ astringatur vel contineatur intrâ limites honestatis, & cum homines singuli subordinentur toti communitati ac bonum privatorum dependeat à bono communi omnium, necessariæ fuerunt leges, quæ privatos ad bonum commune procurandum astringerent & dirigerent. Suppositâ necessitate legis & consequenter etiam existentiâ legis.

DICO 1. *Lex imponitur aliis per modum regulæ & mensuræ... quæ nihil est aliud quam quedam rationis ordinatio ad bonum commune ab eo qui curam communitatis habet promulgata*, S. Th. hic Q. 90. a.

4. O.

Explicantur singulæ particulæ. 1. *Ordinatio*: non passiva sed activa & directiva; lex enim ordinat & dirigit, subditi verò legis ordinantur & diriguntur per legem ad bonum commune. 2. *Rationis*: quia, cum lex sit regulâ quædam actuum humanorum, debet necessariò pertinere ad rationem vel intellectum: rationis enim est ordinare & practicè conferre, quid expedit ad bonum communitatis, ideoque lex ad prudentiam pertinet, quæ est virtus intellectus practici. 3. *Ab eo, qui curam communitatis habet*: quia cum lex ordinet hominem ad bonum commune, non ad quemlibet pertinet, facere legem, sed ad eum, cui primariò incumbit cura boni communis: scil. ad principem vicem multitudinis gerentem, vel ad ipsam multitudinem: in defectu enim principis ad omnes

Aa. 4.

pertin-

pertinet bono communis providere. 4. *Promulgata*: quia lex est regula, quae illis, quibus imponitur, applicari debet, & ad eorum, qui legi subjiciuntur, notitiam deduci.

Ex hac definitione facilè appareret differentia ab aliis, quae non sunt lex: ut. 1. Differt ab actibus speculativis, qui inhærent veritati contemplandæ, lex vero ordinatur ad aliquid faciendum vel omissendum, ideoque est actus intellectus practici. 2. A scientia, quae versatur circà universalia præscindendo à circumstantiis. 3. A conscientiâ, quia illa est actus prudentiae monasticæ, qua homo supposita lege sibi ipsi intimat, quid sit faciendum vel omissendum. 4. Ab arte quae est regula factibilium, lex autem est regula morum & consequenter agibilium. 5. A præcepto, quia præceptum per se non respicit bonum communitatis, sed privatum; ideoque non datur omnibus sed personis particularibus, & à quolibet superiore, Domino, Patre familiæ habente potestatem gubernativam imponi potest. 6. A privilegio, quod uni tantum personæ aut certo personarum generi conceditur, leges autem non in singulares personas sed generaliter constituuntur. 7. Deinum à consilio, quod datur privato ad privatum bonum sine respectu ad bonum publicum & absque efficacia obligandi.

DICO 2. *Regula & mensura humanorum actuum est ratio...* unde relinquitur, quod lex sit aliquid pertinens ad rationem, S. Th. hic Q. 90. a. 1. O. Sive essentia legis formalis consistit in actu rationis seu intellectus qui imperium dicitur præsupponens actum voluntatis.

*Probatur prima Pars*: ad eam potentiam pertinet formalis lex, ad quam pertinet primus & proprius actus legis; atqui ille pertinet ad intellectum, quia proprius actus legis est imperare, solus autem intellectus voluntatis.

DE LEGIS  
Actus imperat, c  
pertinet, ad aliquid  
de, sic autem or  
bonis est rationis  
Probatur 2da  
Actus prudentia  
primo inveniente in  
inmovendi est ad  
intellectum practi  
tu voluntatis.

Pro majori huius  
actus ordinem  
ad legem conceden  
boni communis  
boni commune,  
boni publici consu  
tus ad hunc finem c  
sutorie approbat leg  
luntatis legem sic co  
fia Authoritate ac pi  
agem elecam obli  
cione imperii eande  
ociter subditis den  
moraliter derivat; i  
legislator practicè su  
tem medi ad bonu  
dicti tanquam in ac  
fimo constituit lex fo  
Obi. I. Lex sapi  
P. 102. Notas fee  
P. 142. Dice me  
quaffit in actu vol  
n. Distinguendo  
bonis prælapposi  
tu & radicalis vis

*Promulgatur, imponitur, apud subjiciuntur,*  
et imperat, quia imperans ordinatum, cui imperat, ad aliquid agendum intimando vel denuntiando, sic autem ordinare per modum cuiusdam intimationis est rationis vel intellectus.

*Probatur 2da Pars:* omnis vis motiva & libertas in actibus prudentiae dependet à voluntate tanquam primo movente in ordine creato; atqui actus habens vim movendi est actus liber pertinens ad prudentiam & intellectum practicum. Ergo dependens à prævio actu voluntatis.

Pro majori hujus conclusionis intelligentia adverte: hunc esse ordinem in actibus intellectus & voluntatis ad legem concedendam concurrentibus. 1mò Præses communitatis habet intentionem procurandi bonum commune. 2dò Post efficacem intentionem boni publici consultat de bonitate & congruitate legis ad hunc finem condendae. 3tò Judicat & resolutoriè approbat legis æquitatem. 4tò Per actum voluntatis legem sic consultatam & approbatam eligit & sua Authoritate ac potestate jurisdictionis subditos ad legem electam obligare decernit. 5tò Demum per actum imperii eandem voluntatem sufficienter & efficaciter subditis denuntiat, & vim obligandi in illos moraliter derivat; in hoc ultimo actu imperii, quo legislator practicè subditis imperat & intimat executionem medii ad bonum commune procurandum à se electi tanquam in actu principali & omnium perfectissimo consistit lex formaliter & in recto.

*Obi. I.* Lex saepius in script. vocatur voluntas ut  
*Ps. 102. Notas fecit... Filius Israel voluntates suas.*  
*Ps. 142. Duce me facere voluntatem tuam.* Ergo consistit in actu voluntatis

*Rz.* Distinguendo cons. ergo lex consistit in actu voluntatis præsuppositivè & originativè Con. quia prima & radicalis vis movendi & obligandi pertinet ad

voluntatem. Consistit in actu voluntatis formaliter & in recto N. scriptura quemadmodum ratione primi membra distinctionis legem vocat nominibus significantibus voluntatem, ita ratione 2di membra, saepius vocat nominibus significantibus intellectum, sic lex vocatur lux, lumen, lucerna ut Ps. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Ps. 18. *Præceptum Domini, lucidum, illuminans oculos.* Lumen autem & lux propriè pertinent ad intellectum.

*Obj. 2.* Illius potentia est lex, ad quam pertinet respicere bonum communitatis: quia finis legis est bonum communitatis; atqui proprium est voluntati respicere bonum. Ergo lex est actus voluntatis.

*R<sup>e</sup>.* Distinguendo mihi proprium est voluntati respicere bonum illud appetendo & eligendo Con. proprium est voluntati respicere bonum illud intimando & prosequendum esse judicando N. lex indicat & practicè ostendit, quomodo bonum communitatis prosequendum & procurandum.

*Obj. 3.* In illa potentia residet actus legis, in qua formaliter residet Dominium vel potestas jurisdictionis, quia lex vel ferre legem est actus proprius jurisdictionis; atqui potestas tam jurisdictionis quam proprietatis residet in voluntate: quia Dominium est facultas libera disponendi de re in utilitatem vel publicam vel privatam, libera illa facultas, ut patet, est in voluntate.

*R<sup>e</sup>.* Distinguendo maj. in illa facultate residet lex, in qua residet Dominium quoad vim regulandi & dirigendi Con. quoad vim movendi N. potestas jurisdictionis in voluntate residens movet intellectum, & reddit actum intellectus efficacem, ut à voluntate electam & approbatam legem subditis per imperium Authoritativè intimet, & hoc imperium subditis voluntatem legislatoris Authoritativè intimans est formaliter lex in recto.

DICO

De LEGUM E  
DICO 3. Prom  
ulgas habeat suam  
O.

Explico: promul  
gatim lecam constit  
utatio passivè acce  
ptio intelligentia t  
huius; differentiat  
ione legis; divulg  
ationem notitiae  
ad initia legis; poi  
son scire, quod  
is promulganda, &  
in lege defectu pro  
beat, & divulgatio  
nem sufficiat, Promul  
gatio & solemnis pre  
dictio sumitur passivè pr  
incipium & intimatio  
nem. Immitur pro ipso imper  
tus formaliter quidem  
intime, in quantum e  
st facultativum legis. H  
ec pars Probatur  
nis Authoritativè inti  
mam: quia lex formalis  
in actu secundo mensi  
us qui legislator suam  
volum per vocem publican  
i quid subditis obligatori  
publicam propositionem  
positione nequidem in  
tiam ante publicam pr  
obligaret, cum per pri  
mari subdito lex a

DICO 3. Promulgatio ipsa necessaria est ad hoc,  
quod lex habeat suam virtutem, S. Th. hic Q. 90. a.

4. O.

*Explico:* promulgatio legis activè accepta pertinet  
ad intrinsecam constitutionem legis, non tamen pro-  
mulgatio passivè accepta.

Pro intelligentia terminorum.

*Nota:* differentiam promulgationis legis à divul-  
gatione legis; divulgatio legis fit per simplicem com-  
municationem notitiae legis latæ, & hæc non est ratio  
constitutiva legis: potest enim subditus per notitiam  
privatam scire, quod lex à principe sit subscripta &  
cras promulganda, & tamen nondum obligari lege:  
cum lex ex defectu promulgationis vim obligandi non  
habeat, & divulgatio ad solemnem promulgationem  
non sufficiat. Promulgatio legis est Authoritatiya in-  
timatio & solemnis propositio legis. Hæc promul-  
gatio sumitur passivè pro signo externo, ex quo elucet  
imperium & intimatio obligativa legislatoris, activè  
sumitur pro ipso imperio legislatoris actu scil. intelle-  
ctus formaliter quidem immanente, virtualiter tamen  
transeunte, in quantum efficaciter causat aliquod signum  
manifestativum legis. Hoc notato.

*Ima Pars Probatur:* lex est actus formalis legisla-  
toris Authoritativerè intimantis subditis, quid sit facien-  
dum: quia lex formaliter est regula & mensura actua-  
lis in actu secundo mensurans operationes subditorum;  
atqui legislator suam Authoritatem non interponit,  
nisi per vocem publicam loquatur ut persona publica,  
quid subditis obligatoriè sit faciendum, quod fit per  
publicam propositionem legis, sinè quâ publicâ pro-  
positione nequidem in actu primo lex obligat, alias  
etiam ante publicam propositionem lex divulgata actu  
obligaret, cum per privatam notitiam sufficienter par-  
ticulari subdito lex applicetur; ergo promulgatio  
activè

activè sumpta est quid intrinsecum & essentiale legi, sine quo lex non habet vim obligandi, cum tamen de essentiâ legis sit, quod sit regula obligans.

*2da Pars Probatur*: quæ pertinent ad intrinsecam constitutionem legis, debent se tenere ex parte legislatoris; atqui solum activa promulgatio se tenet ex parte legislatoris, promulgatio verò passivè sumpta non est de ratione formalis legis, quamvis sit requisitum essentialiter connotatum, sine quo activa promulgatio nequit intelligi.

*Obj. 1.* Ratio formalis legis est ordinatio rationis illius, qui curam communitatis habet; sed hæc intelligitur, nondum intellectâ promulgatione.

*R.* Distinguendo maj. est ordinatio rationis authoritative intimata Con. non intimata authoritative N. ratio formalis legis adæquata est ordinatio rationis ab eo, qui curam communitatis habet authoritative intimata subditis, ante quam authoritative intimationem nondum intelligitur formaliter lata; ratio autem legis inadæquate & inchoativè intelligitur intellectâ solâ ordinatione legislatoris absque authoritative intimatione, & itâ hæc duo axiomata apparenter opposita verificantur: 1<sup>um</sup>: leges prius conduntur, quam promulgantur: procedit solum de lege inadæquate & inchoativè sumptâ pro regulâ aptitudinali. 2<sup>dum</sup>: Leges instituuntur, dum promulgantur: procedit de lege completere & adæquate sumptâ pro regulâ actuali habente formalem efficaciam obligandi.

*Obj. 2.* Applicatio causæ non est formaliter constitutiva causæ, cum præsupponat causam in suâ essentiâ constitutam, sic applicatio calidi præsupponit calidum & non constituit rationem formalem calidi: atqui promulgatio legis est applicatio causæ obligativæ ad subditos; idèo S. Th. hic a. 4. legem appellat mensuram & promulgationem legis applicationem mensuræ.

De LEGUM  
1. Distinguendi  
ratio legis inchoativ  
Solum aptitudina  
legis completere 8  
situ mensurat  
obligandi N. prom  
ad intrinsecum ce  
32.  
*Obj. 3.* Actus sec  
tum primum;  
conditum legis; er  
ope virtutem obl  
k. Mi. esse ve  
formaliter ipse actus l  
legislatore residentis  
lbaum, regula & l  
trium fed per actur  
andi, obligandi; a  
impligatio constitut  
*Obj. 4.* Lex secund  
denitie politice exister  
formaliter reperitur i  
pcionem; ergo ante o  
no completa legis.

4. Distinguendo n  
12, qui sit imperiur  
us Con. non actu ob  
promulgationem les  
quendis vel omittendis  
dilectum imperativum

*Obj. 5.* Lex ætern  
hic promulgata ab æt  
et esse promulgatam,  
5. Distinguendo  
relex habens inada

**R.** Distinguendo mi. promulgatio legis est applicatio legis inchoativè & inadæquatè acceptæ pro regulâ solùm aptitudinaliter mensurante Con. est applicatio legis completè & adæquatè acceptæ pro regulâ publicâ actu mensurante ac habente efficaciam formalem obligandi N. promulgatio non est mera applicatio, sed intrinsecum complementum legis totaliter acceptæ.

**Obj. 3.** Actus secundus alicujus essentiæ præsupponit actum primum; atqui promulgatio legis est actus secundus legis; ergo præsupponit essentiam legis ejusque virtutem obligatoriam in actu primo.

**R.** Mi. esse veram intransitivè: quia lex est formaliter ipse actus secundus potestatis obligativæ in legislatore residentis & actualis mensura humanorum actuum, regula & locutio publica, non per actum primum sed per actum secundum regulandi, mensurandi, obligandi; ad quod intrinsecè pertinet promulgatio constituens in esse regulantis, obligantis.

**Obj. 4.** Lex secundum sèpiùs dicta est actus prudentiæ politicæ existentis in principe; atqui talis actus formaliter reperitur in principe ante omnem promulgationem; ergo ante omnem promulgationem habetur ratio completa legis.

**R.** Distinguendo maj. lex est actus prudentiæ politicæ, qui sit imperium politicum actu obligans subditos Con. non actu obligans subditos N. quamvis ante promulgationem legis habeatur prudens dictamen de agendis vel omittendis, non habetur tamen completè dictamen imperativum actu obligans.

**Obj. 5.** Lex æterna fuit ab æterno vera lex; sed non fuit promulgata ab æterno; ergo de essentiâ legis non est esse promulgatam.

**R.** Distinguendo maj. lex æterna fuit ab æterno vera lex habens inadæquatam & inchoatam rationem legis

legis Con. habens adæquatam & completam rationem legis N.

*Q.* Quodnam sit objectum voluntatis in legislatore legem condente?

*R.* Legislator legeim condens vult, ut subditi, quantum est in seipsis ponant actum conducibilem ad bonum commune, nisi velint aversionem Dei vel aliud malum incurriere, quæ aversio aut malum sequitur tanquam pœna, si subditi non impleverint legem. *Dixi:* quantum est in subditis, quia non semper necesse est, ut velit legislator efficaciter hoc opus ponì à subdito; alias enim lex divina semper impleretur: cum voluntas divina semper impleatur. Sed legislator vult; ut hoc, quod subditis præscribit, à subditis, quantum in ipsis est, ponatur & hoc modo non voluit absolute & efficaciter Deus immolationem Isaac ponì ab Abraham, sed voluit, ut suo præcepto Abraham efficaciter obligaretur ad immolandum Isaac, sive ponendum, quantum est ex parte suâ, immolationem Isaac. Additur autem: nisi velint aversionem Dei incurriere: quia Deus utpote supremus legislator, à quo est omnis potestas legislativa, per hoc nobis moralem necessitatem operandi imponit, quod velit nos legem implere, nisi velimus suam offensam incurriere.

*DICO 4. Præter legem naturalem & legem humnam, necessarium fuit ad directionem humane vita habere legem divinam S. Th. hic Q. 91. a. 4. O.*

Conclusio, quæ in decursu ex expositione singulorum membrorum constabit, jam breviter explicatur & probatur: lex æterna est ratio divina secundum quod est directiva omnium actionum & motionum creaturarum in suos fines, à quâ omnes temporales leges derivantur, & primò quidem lex naturalis ut in Creaturis existens, quæ Creaturæ intellectuali dictat, quid secundum naturam rationalem sit debitum fieri vel omitti.

*Præ-*

De Legum  
Præter has datur le  
x: quia datur lex  
lex æterna aut nat  
uræ: quia homo  
naturalis debeat c  
naturalis, hoc:  
gen naturalem, q  
naturaliæ natur  
us per legem hum  
ans extemos judic  
unia vita prohibe  
incipere; debeba  
tutum actus ad hon  
principiuntur & virtut  
excedit datur Ps.  
unum, testimonium  
non & novam sive v  
plora infia; præter  
quia hac non omnia  
in differentiæ dicitur,  
qua præcipit, aut pr  
trem & felicitatem fi  
cita vel in ordine ad  
mundum & est lex civi

QU

*De natura*

Natura legum pe  
ri quatuor assign  
nitare & punire de  
*DICO 1. Præcep*  
*teribus lex dirigi*  
*punctum.. & respect*  
*pere vel imperare..*  
*levare.. & respect*

Præter has datur lex divina positiva tam vetus quam nova: quia datur lex divina positiva plura præcipiens quæ lege æternâ aut naturali non præcipiuntur, cuius hæc est ratio: quia homo elevatus in finem beatitudinis supernaturalis debebat dirigi in finem illius beatitudinis supernaturalis, hoc autem non fiebat sufficienter per legem naturalem, quæ secundum se finem naturalem vel beatitudinem naturalem non transcendebat; multò minus per legem humanam, quæ tantum versatur circa actus externos judicio humano subjectos, nec potest omnia vitia prohibere & punire, nec omnes virtutes præcipere; debebat igitur dari lex divina, per quam interni actus ad honestatem supernaturalis dirigentes præcipiuntur & vitia opposita prohibentur, cuius legis encomia dantur Ps. 8. *Lex immaculata, convertens animas, testimonium fidele.* Et dividitur hæc lex in vetrem & novam sive veteris & novi testamenti, de qua plura infra; præter hanc legem divinam positivam, quia hæc non omnia complectitur, sed plura in statu indifferenti reliquit, datur etiam lex humana, quæ aliqua præcipit, aut prohibet vel in ordine ad tranquillitatem & felicitatem supernaturalis & est lex Ecclesiastica vel in ordine ad tranquillitatem & felicitatem naturalis & est lex civilis.

## QUÆSTIO II.

*De natura & conditionibus legum.*

**N**atura legum peti debet ex actibus legis, quorum quatuor assignantur vid. imperare, vetare, permettere & punire de quibus

DICO I. *Præcepta legis sunt de actibus humanis, in quibus lex dirigit... Quidam actus sunt boni ex genere... & respectu horum ponitur legis actus præcipere vel imperare... quidam verò sunt actus mali ex genere... & respectu horum lex habet prohibere. Quidam*

dam vero ex genere suo sunt actus indifferentes & respectu horum lex habet permittere... id autem per quod inducit lex ad hoc quod sibi obediatur, est timor paenae & quantum ad hoc ponitur legis effectus punire S. Th. hic Q. 92. a. 2. O.

Explicatur & probatur: natura legis consistit in eo quod sit ordinatio rationis ad obtinendum bonum communitatis; sed ad hoc obtinendum est necessarium, ut præcipiantur, quæ bona sunt, prohibeantur, quæ mala sunt, puniantur, quæ perversa sunt, & quædam permittantur. Ergo quatuor enumerata officia: præcipere, prohibere, permittere & punire, ad naturam legis pertinent: quia regula directiva actuum humanorum vel jubet, ut aliquid fiat, obligando ad positionem alicujus actus, quod est præcipere, prout præcipere opponitur prohibitioni, vel jubet, ut aliquid non fiat, sive obligat ad negationem actus, quod est prohibere; vel ita circa positionem actus vel omissionem se habet, ut nec prohibeat nec imperet, quod est permittere; cum autem lex non sit quomodounque regula directiva, sed dirigat obligando, pertinet ad illam per timorem paenæ subditos ad observantiam præcepti astringere, adeoque ad illam pertinet punire: vid. vel præcipiendo sub paenâ, vel præcipiendo ut paena actu inferatur, aut subeat.

*Obj. 1.* Si punire sit actus legis; ergo præmiare erit ejusdem actus: quia sicut subditi deterrentur a malis per paenas, ita animantur & incitantur ad bonum per præmia proposita.

*R.* Negando consequentiam. Disparitas est: quia præmiare non est actus iurisdictionis sive potestatis legislativæ, sed quilibet præmium proponere & præmiare potest; at punire importat vim coactivam & tantum pertinet ad præfectum communitatis sive legislatoreni ejus.

De LEGUM  
quem ministros,  
ponuntur.  
*Obj. 1.* Lex est  
semper non est o  
la portas negatio  
in quod lex nil o  
ndo, est permitti  
us.  
a. Distinguendo  
officiorum ad aliquid  
duo alios N. Lex pe  
gns, non quidem  
mittit, sed respe  
nit, quod est p  
obligatorum, ne que  
per legem permittunt  
bus inest minor bonis  
non secundum noptiae;  
causus intus in mali  
sum ut evitentur maj  
nitas permittit zizanii  
fene ad Mefsem...  
redicunt simul & tri  
tud bonum, quod  
unge magis opportun  
atum, quod permitti  
nab, ut eveniant bon  
permittit mala, ut ev  
mocra dist. 45. toler  
tiale, quod eorum  
in Christianæ præstat  
Conditiones ad leg  
Can. enit. 2. dist. 4. Er  
huius secundum natur  
rem loco temperique c  
1. 1. Theol. Schol.

ejusque ministros, quibus incumbit legis obseruantiam procurare.

*Obj. 2.* Lex est ordinatio rationis obligatoria; atqui permisso non est ordinatio rationis ad aliquid obligans, sed potius negatio omnis ordinationis: illud enim, circa quod lex nil ordinat nec præcipiendo nec prohibendo, est permisum, ergo permettere non est actus legis.

*P. 4.* Distinguendo mihi. Permissio non est ordinatio rationis ad aliquid obligans illum, cui permititur Con. alias N. Lex permittens est ordinatio rationis obligans, non quidem respectu illorum, quibus aliquid permittit, sed respectu aliorum: v. g. judicium; ne puniant, quod est permisum, aut respectu aliorum subditorum, ne quenquam impediatur permissis, licet per legem permittuntur non tantum actus boni, quibus inest minor bonitas, quam eorum oppositis: ut sunt secundæ nuptiæ; sed etiam actus indifferentes, immo actus intrinsecè mali permitti possunt à lege humanâ, tum ut evitentur majora mala: sic Matth. 13. Paterfamilias permittit zizania dicens: *Sinitet utraque crescere usque ad Messem.... ne forte eradicantes zizania eradicetis simul et triticum;* tum ut obtineatur aliquid bonum, quod juxta prudentem estimationem longe magis opportunum sit reipublicæ, quam obsit illi malum, quod permittitur, licet enim non sint facienda mala, ut eveniant bona, possunt tamen nonnunquam permitti mala, ut eveniant bona, sic juxta Can. qui sincera dist. 45. tolerantur Judæi ob commodum spirituale, quod eorum attestatio de libris sacris religione Christianæ præstat.

Conditiones ad legem requisitas refert Isidorus in Can. erit 2. dist. 4. *Erit autem lex honesta, justa, possibilis, secundum naturam, secundum Patriæ consuetudinem loco temporeque conveniens, necessaria, utilis, mania-*

nifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem  
contineat, nullo privato commodo sed procommuni ci-  
vium utilitate conscripta. De quibus.

DICO 2. Isidorus in conditione legis primo quidem  
tria posuit, scilicet quod religioni congruat, inquantum  
scilicet est proportionata legi divina: quod discipline  
conveniat, inquantum est proportionata legi naturae:  
quod saluti proficiat, inquantum est proportionata  
utilitati humanae, & ad hæc tria omnes alias conditiones,  
quas postea ponit, reducuntur, S. Th. hic Q. 95. 3.

3. O.

Conclusio, quæ procedit de lege ab homine, qui  
in legibus ferendis defectum committere potest, latâ,

Probatur: exponendo singulas particulas.

1. Lex erit honesta, justa, possibilis: siquidem  
lex injusta vel iniquum præcipiens non est vera lex,  
ideo illud Is. 10. *Vt*, qui condunt leges iniquas: in-  
telligendum est de lege tantum existimatâ; & si con-  
stet de iniquitate legis, non tenentur subditi eidem  
obedire. Ratio clara est: tum, quia nemo potest  
ad impossibile obligari juxta R. 6. de RR. J. in 6. quod  
autem contrâ rationem & bonos mores militat, cen-  
setur jure impossibile; tum quia juramentum contra  
bonos mores præstitum non est obligatorium juxta  
R. 58. de RR. J. in 6. ergo multò minus lex, utpote  
quæ debet coercere, non præcipere mala, & casu,  
quo talis lex injusta & legi æternæ contraria feratur  
obedire oportet Deo magis, quam hominibus Act. 5.

2. Secundum naturam, id est: secundum natura-  
lem rationem: quia lex constat ratione, & in ratione  
naturali fundatur.

3. Secundum Patriæ consuetudinem: non quod  
hæc conditio sit simpliciter necessaria ad constitutionem  
legis: cum Patriæ consuetudo præfertim prava pos-  
sit & debeat corrigi, & tolli per legem sed quod ratio-

DA.

De Legi  
tabiles patriæ cor  
legem sive abroga  
mū confuetudine  
etiam confuetudine  
Si petas; an ad  
appellat?

3. Ad intrinse  
ceptio populi  
sum accidentali  
ut patet ex propo  
sum; Populus non  
requiri legem à prin  
cipiathoc, ut lex  
sum habeat obligand  
do requiruntur &  
bonis & voluntas  
componere populi  
sum legislatoris non  
dum: ut patet i  
argatur v. g. à C  
sum non habet a  
sum Ponifice, &  
a, quod, si legisl  
nuntare, ita illa fin  
dilectio sine approb  
populi aut majoris ejus  
geo condendi dare F  
potest; deinde absqu  
sum verba legis, ut  
punt; atqui præcep  
te suo conditione:  
absolutè inducit nece  
ter letatus, quo cor  
principiatur.

Non obstat i, que

De LEGUM ESSEN. DISTIN. SUBJ. 387  
nabiles patriæ consuetudines non facile per contrariam  
legem sint abrogandæ, & in dubio lex secundum pa-  
triæ consuetudinem est intelligenda & interpretanda:  
est enim consuetudo optima legum interpres.

Si petas: an ad valorem legis requiratur acceptatio  
populi?

R. Ad intrinsecum valorem legis non requiritur  
acceptatio populi, quamvis per acceptationem &  
usum accidentaliter perficiatur & confirmetur.  
Ratio patet ex propositione 28. ab Alexandro VII. dam-  
natâ: *Populus non peccat etiamsi absque ullam causâ non  
recipiat legem à principe promulgatam.* Et ratio est:  
quia ad hoc, ut lex intrinsecè censeatur constituta &  
vim habete obligandi subditos ad legis observantiam,  
duo requiruntur & sufficiant ex parte legislatoris vid.  
potestas & voluntas: atqui utrumque habetur absque  
acceptatione populi: imprimis potestas: quia jurisdi-  
ctio legislatoris non semper dependet à voluntate sub-  
ditorum: ut patet in superiore Ecclesiastico, qui, li-  
cer eligatur v. g. à Capitulo, potestatem tamen legis-  
lativam non habet ab eligentibus, sed immediate à  
summo Pontifice, & hic à Deo; quamvis fatendum  
sit, quod, si legislator habeat jurisdictionem à com-  
munitate, ita illa limitari possit, ut ejus leges non  
obligent sine approbatione & acceptatione senatus vel  
populi aut majoris ejus partis: quia qui potestatem le-  
ges condendi dare potest; eandem quoque limitare  
potest; deinde absque acceptatione legis est voluntas:  
nam verba legis, ut supponitur, simpliciter præci-  
piunt; atqui præceptum absolute positum non obli-  
gat sub conditione: si subditus velit acceptare; sed  
absolute inducit necessitatem obediendi alias potius fo-  
ret lex actus, quo consulitur vel monentur, quam quo  
præcipiatur.

Non obstat 1. quod ait Gratianus in Can. 3. dist. 4.

*Leges firmantur, cum moribus utentium approbantur;*  
*Quia istud non est intelligendum de firmitate intrinsecâ & substantiali, utpote quam leges jam antecedenter habent; sed de quâdam extrinsecâ duntaxat & accidentalî firmitate, quatenus leges moribus utentium comprobatae non facile amplius per contrariam legem vel consuetudinem abrogantur; & itâ leges ex moribus utentium accipiunt firmitatem non authoritatis sed stabilitatis.*

*Nec obstat 2. Quod lex debet esse in bonum communitatis, nisi autem acceptetur sit potius in destructionem quam promotionem boni communis.*  
*Quia lex debet esse in bonum communitatis ex judicio superioris, non autem ex judicio vel arbitrio subditorum; quod si tamen lex humana foret nimis difficultis observatu, aut eidem obstaret contraria consuetudo non facile tollibilis, & superior de hoc suffcienter informatus sileret, & executionem legis non ulterius urgeret, censi potest lex vel revocata vel suspensa, donec cum minori offendiculo reducatur ad usum.*

*4. Loco tempore conveniens: non enim eadem leges cuilibet loco & tempore convenient, sed sunt moderandæ juxta diversitates locorum & qualitates temporum & hominum, quibus ponuntur.*

*5. Necessaria: quia non nisi instante necessitate Jus novum statui debet; scil. propter ea, quæ facile & frequenter eveniunt; nam quæ semel aut bis accident, legislatores contemnunt.*

*6. Utilis: quia lex inutilis non solum non est de novo ponenda, sed si extet, est abroganda & sicut lex debet esse necessaria ad removenda mala à republicâ, itâ debet esse utilis ad obtainenda bona reipublicæ.*

*7. Manifesta vel manifestata per promulgationem, requiritur autem & sufficit qualisunque autoritate publicâ facta promulgatio, quæ legem possit*

*physicè*

De LEGUM  
physicè & moralit  
ate, sive ista inti  
mam instinctu  
unis, sive hat  
am requiritur, ui  
dilex notificeru  
le, unde Innoc. I  
lex si necessariu  
r un publicè pror  
uibus per speciale  
m.

8. Ne aliquid p  
aret quod addit  
podoquin ex ipsa  
tempor propter su  
m, unde Innoc. II  
lex debet esse obfi  
ctio.

9. Demum pro n  
on communis civism  
peratio ordinatur a  
civis inde secunda  
novum civium corr  
Dicitur. Dantur in  
teriam nam i. in t. i  
is dividitur in publi  
cior bonum totius co  
munitatum, 2. In  
t. 4. vocantur qua  
bonum non egreditur  
intendunt principis i  
3. Lex præscriptionis  
sed prescriventis, 4  
de favorem pupillori  
berum.

physicè & moraliter in notitiam communitatis deducere, sive ista intimatio vel notificatio fiat singulis per internum instinctum naturæ, uti promulgatur lex naturalis, sive fiat scripturâ aut voce præconis, non enim requiritur, ut Authoritate publicâ cuivis in particulari lex notificetur: id namque moraliter est impossibile, unde Innoc. III in Cap. adhæc de postul. prælat. *Nec sit necessarium, cum constitutio solemniter editur aut publicè promulgatur ipsius notitiam singulorum auribus per speciale mandatum vel litteras inculcare.*

8. *Ne aliquid per obscuritatem in captionem conueat: quod additur ad cavendum nōumentum, quod alioquin ex ipsâ lege posset evenire, si captiosè ac perperam propter suam obscuritatem possit interpretari;* unde Innoc. III. in cap. Abbate 25. de V. S. ait: *Lex non debet esse obscura & Captiosa, sed certa & manifesta.*

9. *Denum pro nullo privato commode sed solum pro communi civium utilitate conscripta;* quia lex primariò ordinatur ad bonum commune reipublicæ, quamvis inde secundariò & consecutivè habeatur etiam privatum civium commodum.

*Dices.* Dantur multæ leges ordinatæ ad utilitatem privatam nam 1. in l. I. §. 2. ff. de jure & just. lib. 1. tit. I. Jus dividitur in publicum & privatum, publicum respicit bonum totius communitatis, privatum interesse privatorum.

2. In L. 1. §. 2. ff. de Const. prin. lib. 1. tit. 4. vocantur quædam leges personales, quia personam non egrediuntur: ut sunt leges tributariæ, quæ intendunt principis non subditorum emolumentum.

3. Lex præscriptionis non est in utilitatem omnium sed præscribentis. 4. Multæ sunt leges in utilitatem & favorem pupillorum, minorum, militum, mulierum.

Ex. Distinguendo ass. multæ sunt leges ordinatæ ad utilitatem privatam proximè Con. remotè & ultimamente N. licet enim materia proxima, circà quam leges primò & per se versentur sàpè cedat ad privatum bonum, ratio tamen finalis & ultima, propter quam lex circà talem materiam versetur, & finis à legis conditore præcipue intentus semper est bonum commune reipublicæ, cuius plurimum interest v. g. tributa dari principi, cuius potentia subditi defendantur, minores & pupilos adversus injurias munici, lites diminui, in civibus studium rerum suarum conservandarum excitari, neque dividitur Jus in publicum & privatum nisi hoc sensu, quod publicum respiciat statum totius reipublicæ immediate aut statum v. g. Imperii Romani transversans de electione Imperatoris &c. privatum vero replicat bonum commune, prout exsurgit ex iis, quæ singulis competunt. Si aliquod edictum principis non pro certo genere sed pro singularibus tantum personis extet, illud non tam lex quam præceptum aut privilegium est censendum juxta Gl. in can. erit autem 2. dist. 4. v. privato.

### Q U Ä S T I O III.

*De potestate faciendi & interpretandi leges.*

**D**ICO I. Condere legem vel pertinet ad totam multitudinem vel pertinet ad personam publicam, que totius multitudinis curam habet, S. Th. hic Q. 90. a. 3. O.

Probatur: ad quem pertinet curare bonum commune, ad illum pertinet facere ordinationes ad bonum commune sive leges; sed vel ad totam communitatem in civilibus pertinet curare bonum commune ex natura rei, si alia forma regiminis non sit introducta; si vero alia forma regiminis penes optimates vel unum supremum principem existentis sit introducta, ad illos pertinet

De Legi  
mi promovere &  
sor etiam in spiri  
cuer potestate  
finale totius E  
que republica tal  
intendit leges in  
mies vel totam re  
us cura commu  
concedita est, ut  
intenditur conc  
um, qua criminis  
imo Quoad p  
ut ex illo Mat  
na uaderit (su  
bi ubi sicut E  
ille non posse, r  
Dio contraxit inobe  
bonum Ecclesiastico  
haberi potestatem  
gates in conscientia  
poteribus Ecclesiast  
ab id i. Reg. 8. 1  
dixerunt, sed me,  
principiendo obligat  
Ecclesiastici principie  
nivata obligare possi  
Apost. moner ad H  
erbris, & subiacet  
id Quoad pot  
eretur ex illo Petri 1.  
humane creature pr  
udenti, v. 14, si  
videlicet malefacto  
qua sic est voluntas  
late subditi estore

net promovere & curare totius communitatis bonum, sicut etiam in spiritualibus ad unam personam, à qua ceteræ potestatem accipiunt juxta dicenda, pertinet spirituale totius Ecclesiæ bonum curare; ergò in utraque republica tam civili quam Ecclesiastica potestas condendi leges in conscientia obligantes est penes homines vel totam rem publicam constituentes, vel quibus cura communitatis vel iure divino vel humano concredita est, ut ulterius quoad utramque potestatem deducitur contrà hæreticos, quibus potestas hominum, qua crima coerceant, odiosa est:

1mō. Quoad potestatem Ecclesiasticam: probatur ex illo Matth. 18, v. 17. *Si Ecclesiam non audierit (superiores qui præfunt Ecclesiæ) sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus;* quod esse non posset, nisi propter culpam, quam coram Deo contraxit inobedientis mandatis & præceptis superiorum Ecclesiasticorum; ergo superiores Ecclesiastici habent potestatem condendi leges Ecclesiasticas obligantes in conscientia Luc. 10. v. 16. Christus de superioribus Ecclesiasticis dicit: *Qui vos audit me audit.* Ita 1. Reg. 8. v. 7. Deus Samueli dixit: *non te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos:* atqui Deus præcipiendo obligat in conscientia; ergo superiores Ecclesiastici præcipientes potestate sibi à Deo communicata obligare possunt subditos in conscientia, ideo Apost. monet ad Hebre. 18. v. 17. *Obedite præpositis vestris, & subjacete eis.*

2dō Quoad potestatem condendi leges civiles probatur ex illo Petri 1. Cap. 2. v. 13. *Subjecti estote omni humanae creature propter Deum: sive regi quasi præcellentis, v. 14. sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum v. 15.* quia sic est voluntas Dei. ad Rom. 13. v. 5. *Necessitate subditi estote non solum propter iram sed etiam*

propter conscientiam v. 6. ministri enim Dei sunt in hoc ipsum fervientes. Et ante v. 1. non est potestas nisi à Deo: quae autem à Deo sunt ordinata sunt, v. 2. itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Ad Tit. 3. v. 1. Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire. Ad Ephes. 6. v. 5. Servi obedite Dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. Ratio potestatis utiusque est: quia duplex est finis, in quem homines oportet dirigi: unus felicitatis naturalis & temporalis: alter felicitatis supernaturalis & æternæ: & juxta hunc duplarem finem duplex est hominum communitas: una politica & civilis, altera Ecclesiastica, necesse autem est communitatem politicam legibus civilibus, & Ecclesiasticam legibus Ecclesiasticis dirigi; Quia ubi non est gubernator, populus corrue Proverb. 11. v. 14.

Porrò hæc duæ potestates legislativæ suæ habent Convenientias & inconvenientias.

Conveniunt 1. utraque potestas legislativa tam civilis quam Ecclesiastica aliquo modo ex jure naturæ ortum habent: quia ipsum Jus naturæ dictat, ut mortales in unam aliquam communitatem convenientes unum aliquid caput & magistratum agnoscant: nam in omnibus, quæ ad unum ordinantur, aliquid invenitur alterius regitivum; sic in universitate corporum primum corpus scil. celeste alia corpora ordine quodam divinæ providentiae reguntur, omnia corpora inferiora diriguntur per creaturam rationalem, in homine anima regit corpus, atque inter partes animæ pars irascibilis & concupiscibilis ratione regitur, itemque inter membra corporis unum est principale, quod omnia movet scil. cor & caput; ideo etiam in statu innocentiae futura fuisset inter homines potestas gubernativa: homo enim naturaliter est animal

De LEGIS  
sociale, hinc  
socialis autem mu  
tideat, qui ad  
tum per se interna  
m. 2. Utra  
Dicit quia ut inqu  
Ratio est: ne  
verna etiam conc  
potest, vel di  
nihil suâ au  
sonium reddere,  
equi non potest  
de volunt, obligat  
ducentem accepit  
ià legatur etiam  
unus teatu poenæ  
apud docet Principi  
superioram, sed e  
ratus humana potest  
kommis lex aut non  
luctus. 3. Con  
pici bonum commu  
nichibet potest, q  
condicat.  
Inconveniunt 1.  
legislativa civilis est i  
legislativa Ecclesiast  
ici, & per hunc a  
parem sollicitudinis  
Ratio est: quia nulla  
bona in hac vel illa  
disipo Deo, nec ull  
ille populus subditus  
sed tantum in hypoth  
legitimus maneat. 1.

mal sociale, hinc in statu innocentiae socialiter vixisset, socialis autem multorum vita esse non potest, nisi aliquis praesideat, qui ad bonum commune attendat; multi enim per se intendunt multa, unus vero tendit ad unum. 2. Utraque potestas legislativa provenit a Deo: quia ut inquit Apost. non est potestas nisi a Deo. Hujus ratio est: necesse est: ut omnis potestas, quam interna etiam conscientia hominum coram Deo obligari potest, vel divina sit, aut ex divina descendat: quia nullus suâ authoritate quenquam foro superiori obnoxium reddere, sive ad poenas, quas in suo foro exequi non potest, sub quibus superior sibi obligatos esse voluit, obligare potest, nisi a superiore talem autoritatem acceperit; atqui potestate humanâ legislativâ ligantur etiam ipsæ conscientiae, tum sub culpâ, tum sub reatu poenæ æternæ, si non pareant; ideoque Apost. docet Principi subditos parere debere, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ergo omnis humana potestas legislativa ex divina derivatur, & omnis lex aut non est lex aut legis æternæ participatio & radius. 3. Conveniunt in fine: quia utraque respicit bonum communitatis, nec aliud præcipere aut prohibere potest, quam quod ad bonum commune conducat.

Disconveniunt 1. Ratione originis; quia potestas legislativa civilis est immediatè ab hominibus, potestas legislativa Ecclesiastica, quæ competit Romano Pontifici, & per hunc aliis inferioribus Prælatis, qui in partem sollicitudinis vocantur, est immediatè a Deo. Ratio est: quia nulla potestas civilis aut certa regendi forma in hac vel illâ republicâ est immediatè definita ab ipso Deo, nec ullâ divina lege sanctum, ut hic vel ille populus subditus esse debeat huic vel illi Principi, sed tantum in hypothesi, quamdiu hic vel ille Princeps legitimus maneat. Unde lex divina non obstat; quin

legitimā ratione contingere possit, ut regnum aliquod vel dicitio à prioris Domini potestate transeat in alienam, v.g. per hæreditatem, vel jure belli. Et tunc nihil sit contrarium divinæ voluntati. Quamvis igitur ratio naturalis dicet, quod quæcunque communitas debet habere aliquid caput vel Magistratum Politicum, forma tamen regiminis Politici est inventum humanum; sic in Imperio potestas legislativa civilis immediate est ab hominibus, eò quod populus Romanus per legem Regiam contulerit in Imperatorem omne suum imperium & potestatem l. 1. ff. de constit. prin. lib. 1. tit. 4. Econtra potestas spiritualis ligandi & solvendi in ordine ad finem supernaturalem est à sola Christi Dei & hominis voluntate, qui unam Ecclesiam fundavit, cui determinatum & universale caput præfecit, ideoque fieri non potest, ut hujus communitatis Regimen mutetur, & quamvis homines caput illud scil. Romanum Pontificem eligere dicantur, illi tamen eligendo vel nominando nullam potestatem vel autoritatem personæ electæ tribuunt sed tantum legitimè designant personam, quâ designatione factâ eo ipso à Deo suam potestatem accipit. 2. Disconveniunt in ratione objecti & finis. siquidem potestas legislativa Ecclesiastica versatur circâ res Ecclesiasticas sive spirituales, & pro fine suo per se & directè intento respicit cultum Dei, salutem animatum & vitam æternam; civilis verò potestas versatur circâ bona temporalia reipublicæ & pro fine suo intento respicit bonum commune reipublicæ hujusque tranquillam gubernationem, quamvis per accidentis & mediare etiam salutem animatum respiciat, inquantum scil. vitia cohibet & puniit, licet hoc ipsum præstet ad conservandum bonum statum reipublicæ, qui vitiis impune grassantibus turbaretur. 3. Disconveniunt quoad usum, quia Ecclesiastica & spiritualis potestas se extendit ad quosdam effectus saltē per modum

dum instrumenti & ministerii efficiendos, qui non possunt nisi à solo Deo veluti principali effici; quales effectus sunt gratia per omnia Sacra menta conferti consueta, Character, quem aliqua Sacra menta imprimunt animæ, potestas ordinis. At potestas legis lativa civilis sicut ad finem solum naturalem per se ordinatur, ita etiam non potest per se nisi ad effectus naturæ proportionatos extendi. 4. Demum disconveniunt quoad independentiam: potestas spiritualis, quia non est instituta ab hominibus, nec ab eis confertur, sed immediate per ipsum Deum, hinc non potest ab hominibus pro suo arbitrio restringi, aut conditiones circa illam prescribi; at verò res publica, à quâ immediate ad Rectores vel Principes sua potestas derivatur, potuit ab inicio certas conditiones Rectoribus prescribere, quas proinde constanter observare tenentur, nisi alieni iuris usurpatores esse velint.

DICO 2. Si observatio legis secundum verba non habeat subitum periculum, cui oporteat statim occurri, non pertinet ad quemlibet ut interpretetur, quid sit utille civitati, Et quid inutile civitati: sed hoc solum pertinet ad principes S. Th. hic Q. 96. a. 6. O. sive Authoritativa legis interpretatio competit ordinariè illi, qui habet potestatem condendi legem.

Explicatur & probatur Conclusio: duplex est legis interpretatio alia est authoritativa vel authenticæ, quæ habet vim legis, alia est doctrinalis. Prior secundum viam ordinariam fieri potest à solo Legislatore illiusve superiore aut successore: nam *leges interpretari solo dignum imperio esse oportet ex l. fin. C. de LL. lib. I. t. 14.* eruiturque ex cap. inter alia 31. do sent. ex com. ibi: *ut unde jus prodiit, interpretatio quoque procedat* cuius ratio est: quia interpretatio authoritativa obligat subditos, ut secundum eandem agant æque ac juxta legem; at qui solus Legislator potest subditos obli-

obligare, ita ut contravenientes peccent, & pœna obnoxii fiant, consequenter ei soli competit facere interpretationem authoritativam legis. Attamen quando jus ambiguum est, inferiores judices potestatem habent à jure vel racitè cum ipsâ officiis judicandi concessione datam, ut in rebus parvi momenti inter partes judicando interpretationem quandam facere possint, cui partes se conformare debeant.

Posterior sive doctrinalis interpretatio fieri potest & quolibet non ex proprio quidem cerebro sed ex ratione & autoritate Doctorum: cum enim legis significatio sit quandoque ambigua, neque Legislator ipsemet possit de facili consuli, oportuit Doctoribus concedi facultatem interpretandi leges arg. L. un. C. de profess. lib. 12. tit. 15. ibi: *Interpretandi subtilitatem & l. 1. ff. de orig. iur. lib. 1. tit. 2. in quâ Cajus J. C. Facturus legum veteriarum interpretationem similiter Ulrianus in l. 1. ff. de reb. cred. & si cert. lib. 12. tit. 1.*

*Q. 1. Quid sentiendum de interpretatione Con. Trident. factâ per congregationem Cardinalium?*

*R. Quod Cardinalium congregatio interpretationi Concilii Tridentini præposita verisimilius habet potestatem authoritativè interpretandi, unde tales declarationes, si legitimè sint promulgatae habent vim legis. videtur detumi ex Bullâ: in Mensâ 7. Sixti V. Anno 1588. in quâ sic habetur: Cardinalibus verò præfatis interpretationi & executioni Concilii Tridentini, si quando in his, quæ de morum reformatione, disciplinâ ac moderatione & Ecclesiasticis iudiciis & aliis, quæ humana statuta sunt, dubietas aut difficultas emerserit; interpretandi facultatem (nobis tamen consultis) impertiri. Quæ concessio non potest intelligi de interpretatione Doctrinali: ad hanc enim non indigerent Cardinales speciali Concessione; ergo intelligenda est de interpretatione authoritativa. Ut tamen ista*

De Legi  
declarationes  
publicatio, quæ  
vel per monitoriu  
m Cardinalis S  
unitam, vel per  
Congregationem  
dictata.

Q. 2. Qualiter  
sunt?

a. In interpretat  
vias regulas.

Prima: ut servet u

i. Sed neque 1.

Quodlibet lib.

rectum in quâ pot

per correctio viter

congrua alia lege, n

ontraria, adeò, u

ni vitanda sit ex 1.

l. 17. t. 62. 2.

et aliquia absurdit

en verba legis in 1

comoda ex 1. nulla

3. Sic proprietate

tac enim ad sensum

ap. Sicutitas 17. de

meritorii ne fiat illu

si quis 3. §. 3. ad

decretem filios tam

dunt ad venditione

cap. 1. de usur. in 6.

nominis testamenti i

quibus circumstanti

hunc etiam contrâ t

Can. humanæ aut

Itæ declarationes vim obligandi habeant: sequitur publicatio, quæ fieri potest vel per breve Pontificium, vel per monitorium auditoris Cameræ, vel per Epistolam Cardinalis S Congregationi Præsidentis Sigillo munitam, vel per translumptum authenticum ex registro congregationis parte adversâ vel præsente vel saltem citata.

*Q. 2. Qualiter facienda legum interpretatio doctrinalis?*

*R. In interpretatione doctrinali sequentes esse servandas regulas.*

*Prima:* ut servetur proprietas verborum legis ex cap. 2. §. Sed neque 1. de translat. Epis. l. prospexit 12. Qui & à quibus lib. 40. t. 9. Excipitur 1. Lex correctoria in quâ potius verba sunt improprianda, ut juris correctio vitetur. Et hinc nunquam censetur lex abrogata aliâ lege, nisi lex abrogans sit priori omnino contraria, adeò, ut correctio legis, quantum fieri potest, vitanda sit ex l. præcipimus 32. §. 6. C. de appellat l. 7. t. 62. 2. Si ex proprietate verborum sequetur aliqua absurditas vel iniquitas, ad cuius evitacionem verba legis in sensu proprio essent potius accipienda ex l. nulla juris ratio 25. ff. de LL. l. 1. t. 3. 3. Si ex proprietate verborum redderetur lex inutilis, tunc enim ad sensum improprium recurri deberet. ex cap. Si civitas 17. de sent. Excom. in 6. Ubi sententia interdicti ne fiat illusoria, extenditur ad suburbia. ex l. Si quis 3. §. 3. ad macedonian. l. 14. t. 6. Ubi hoc decretum filiosfamilias ab obligatione excusans extenditur ad venditionem pecuniâ creditâ. Ex gloss. ult. cap. 2. de usur. in 6. Ne fiat illusoria dispositio, sub nomine testamenti intelligitur Codicillus. 4. si ex aliis circumstantiis constet de mente Legislatori, huic etiam contrâ tenorem verborum insistendum est **Can. humanæ autes 11. caus. 22. q. 5. cap. secundò requirię**

requiris 41. de appellat. L. scire 13. §. aliud 2. ff. de excus. tutor. l. 23. t. 1. ubi dicitur: *Eis maxime verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens Legis. latoris aliud vult.* L. non dubium 5. C. de LL. lib. 1. tit. 14. ubi dicitur: *In legem committere eum, qui verba legis amplexus, contrà legis nititur voluntatem.*

*Secundare regula est:* Quod in penalibus & odiosis strictior interpretatio sit facienda, in favorabilibus autem amplianda ex R. J. 15. in 6. *Odia restringi & favores convenit ampliari.* Item R. 49. in 6. l. penult. ff. de pœn. lib. 48. tit. 19. l. in testamentis 12 ff. de RR. J. hinc omnes obligationes strictè sunt interpretandæ. l. quidquid astringendæ 99. ff. de V. O. l. 45. c. 1. & l. Semper in stipulationibus 34. ff. de RR. J. ubi dicitur: *Si neque regionis mos appareat, quia varius fuit, ad id, quod minimum est redigenda summa est.* In quibus tamen observandum est, quod in dubio fieri debet interpretatio pro valore aëtus, nemo enim præsumit inutiliter operari ex l. quoties 80. ff de V. O. lib. 45. tit. 1. & l. Si miles 3. ff. de test. milit. lib. 29. tit. 1. ubi ita: *Nec quisquam credendus est genus testandi eligere ad impugnandas sua iudicia, sed magis utroque genere voluisse.*

*Tertia Regula est:* ut semper lex nova debeat secundum antiquam interpretari ex l. non est novum 26. & l. sed & posteriores 28. ff. de LL. lib. 1. tit. 3. hinc etiam lex abrogata servire potest ad novæ legis interpretationem.

*Q. 3. Qualiter per interpretationem possit fieri legis extensio.*

R. Per interpretationem fieri potest legis extensio, non ex præcisâ ratione similitudinis, seu identitatis, sed ex materiae connexione & morali quâdam unitate; hinc l. Ob paritatem rationis in legibus penalibus, irritato-

territoriis & odiosis non datur ex communis DD. sententia extensio ad casum lege non comprehensum.

2. Etiam in legibus favorabilibus non est admittenda extensio de uno casu ad alium, qui sub latâ verborum formâ non fuerit comprehensus. Econtra extensio valet in correlativis, ut dispositum in uno correlativo censematur esse dispositum in alio. Exemplum est in l. fin. C. de indictâ viduit. &c. l. 6. t. 40. Hinc cap. de illis §. de sponsal. disponens, quod, si sponsus sine licentiâ sponsæ sit absens, dissolvantur sponsalia, procedit etiam in casu, quo sponsa abesset absque sponsi licentia. Hinc etiam statutum determinans, ut maritus succedat in bonis uxorius, debet extendi, ut uxor succedat in bonis mariti. Deinde extensio legis locum habet in æquiparatis, ita ut dispositum in uno censematur dispositum etiam in alio, inquantum sunt æquiparata arg. l. si quis servo 20. C. de furtis. l. 6. t. 2. Hinc quia in iure falcidia & Trebellianica aquipantur ex l. Marcellus 3. §. quod autem l. ff. ad Trebellian. l. 36. t. 4. dispositum in falcidiâ etiam est dispositum in Trebellianâ. Ob eandem rationem in postulatione, provisione, præsentatione & electione dispositum in uno censemetur ob connexionem dispositum in aliis ex gl. in cap. Si postquam 33. provisione de elect. in 6. Præterea extensio legis procedit in connexis inter se seu contentis: hinc constitutio de Vicario Episcopi extenditur ad Vicarium Capituli sede vacante, & statutum ordinans de gradibus consanguinitatis procedit de affinitate. Denique Judex in judicando ob similitudinem rationis eatenus extendere potest legem, ut, cum pro aliquo casu decidendo non est certa lex, à similis casu decisione peti debeat ejus decisio, ita dicitur in l. nam 13. ff. de LL. lib. 1. tit. 3. *Quoties lege aliquid unum vel alterum introductum est, bona occasio est, cetera, que tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione vel certe*

ceriè jurisdictione suppleri. Item in l. 38. st. eod. dicitur: *In ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiuntur, consuetudinem aut rerum perpetuò similiter indicatarum authoritatem vim legis obtinere debere.*

**Q. 4.** An per interpretationem lex possit extendi ad præterita?

**R. 1.** Per se & formaliter lex non extenditur ad præterita: cum formaliter ut præceptiva non cadat super præterita, quæ præcipi vel prohiberi non possunt; hinc in L. leges 7. C. de LL. lib. 1. tit. 14. dicitur: *leges & constitutiones futuris certum est dare formam negotiis non ad facta præterita revocari, nisi nominatio nis de præterito tempore & adhuc pendentibus negotiis cauium sit.* Hinc 2dò lex actum prohibens non extenditur ad actum factum ante illam legem, si actus ille perfectus sit, aliud est, si sit imperfectus. Unde 3. Si lex statuat pro testamentis certam solennitatem, sub ipsâ non comprehenduntur testamenta jam prius facta, licet post illa succedat mors testatoris, nisi nondum essent subscripta vel à Notario signata: quia illa tamquam imperfecta accipiunt suum complementum substantiale post legem promulgatam. 4. Idem est de contractibus, ita ut lex præscribens ipsis formam, si hos inveniat jam perfectos, licet nondum executioni demandatos, illos non comprehendat bene tamen inchoatos, & ante legis constitutionem nondum in suo esse perfectos, ita de contractibus scriptis dicitur in l. contractus 17. C. de fid. instrum. lib. 4. 21. *Quæ tam in postea conficiendis instrumentis, quam in his, que jam scripta, nondum absoluta sunt, locum habere præcipimus.* 5. Ob eandem rationem statutum imponens pœnam delicto non extenditur ad delictum commissum ante legem promulgatam, si hæc ipso jure & facto inferat pœnam, eò quod ista tunc contrahatur ex tempore commissi delicti, quo lex ad talem pœnam obli-

De LEGU  
obligabat, Econ  
telligenda, pote  
nt legem latam  
impositione atten  
t. S. statutum co  
ntra ad futuros, i  
mactos delinq  
11. f. de LL,  
ad indulget, in  
reccidens tantur  
ita, formalite  
enique licet lex n  
non trahitur ad c

QU

De subj

D. subjecto legi  
datis agetur,  
factibus legis h  
appono: legem i  
activari & coad  
obligationem in  
et, quid transgesso  
um obligatio servar  
ente: vel directe  
quando ipius oblig  
atris superioris leg  
id, quod lege stati  
plum sit: subditus c  
qua voluntas superi  
quare subditus obli  
qui tamen juravit se  
gibus territorii indi  
1. 2. Theol. Sc

obligabat. Econtra si pœna per sententiam judicis sit infligenda, potest lex pœnalis extendi ad delicta etiam ante legem latam commissa; eò quod in hujus pœnæ impositione attendatur regulariter ad tempus sententiæ.

6. Si statutum concedat remissionem pœnæ infligendæ, non ad futuros, ne ipsis detur occasio peccandi, sed ad præteritos delinquentes tantum extenditur ex L. cum lex 22. s. de LL. lib. 1. tit. 3. *Cum lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat.* In hoc casu tamen per accidens tantum & materialiter lex cadit supra præterita, formaliter autem eximit à pœnâ subeundâ: denique licet lex nominatim disponat de præteritis, non tamen trahitur ad casus jām decilos.

## QUÆSTIO IV.

*De subjecto & effectibus legis?*

**D**E subjecto legis naturalis & divinæ infra commodiūs agetur, unde quæstio procedit de subjecto & effectibus legis humanæ, pro quâ

*Suppono:* legem habere duplē vim & efficaciam: directivam & coactivam; vis directiva est, quâ potest obligationem inducere in conscientia, vis coactiva est, quâ transgressorē impositâ pœnâ coercere potest; item obligatio servandi legem potest à vi directivâ provenire: vel directè vel indirectè; provenit directè, quando ipsius obligationis causa est ipsa lex vel voluntas superioris intendentis obligare, indirectè provenit, quando ipsius obligationis solum occasio est lex vel voluntas superioris legem ferentis, & obligatio servandi id, quod lege statutum est, aliunde resultat. Exemplum sit: subditus obligatur directè lege sui superioris: quia voluntas superioris intendentis obligare est causa, quare subditus obligetur; extraneus & non subditus, qui tamen juravit servare leges territorii, obligatur legibus territorii indirectè, quia lex est ipsi occasio, ut

ad illud, quod lege statutum est, non directè ex vi directivâ legis, sed ex vi juramenti obligetur. His suppositis duplex est difficultas de subjecto legis in modo an supremus Princeps obligetur suis legibus. Adò an peregrini obligentur legibus particularibus locorum, in quibus transeunter morantur.

DICO 1. Princeps dicitur esse solutus à lege, quantum ad vim coactivam. . . . Sed quantum ad vim directivam legis Princeps subditur legi propria voluntate. S. Th. hic Q. 96. a. 5. ad 3. Sive Legislator Monarchicus in materia Principem decente obligatur propriis legibus per se non tamen directè, nec quoad vim coactivam, sed indirectè quoad vim directivam

Explicatur & probatur conclusio:

Dicitur 1. Legislator Monarchicus: quia in regimine Aristocratico, quando Principatus est penes optimates & in democratico, quando regimen est penes plebem & populum, extrà omne dubium est, quod quilibet ex optimatibus vel plebe directè obligetur publicatis legibus. Ratio est: quia quilibet ex optimatibus in priori statu & quilibet ex plebe in posteriori statu respectu totius communitatis est proprius subditus, adeòque directè obligari potest.

Dicitur 2. In materiâ Principem decente: quia si lex contineat materiam subditis propriam, cuius observantia dedecret dignitatem & statum principis, tunc nullatenus suâ lege obligaretur: ut si lex juberet, ne ullus gladiatus incederet; ut nullus esset liber à vigilii.

Dicitur 3. Obligatur. Hæc obligatio probatur ex variis textibus ut cap. cum omnes 6. de constit. ubi proportione allegatur illud Sapientis dictum fundatum in æquitate naturali: Patere legem, quam tu ipse tuleris. Can. justum est 3. dist. IX. Iustum est Principem legibus obtemperare suis, tunc enim iura sua ab omnibus custodienda

De LEGU  
danda existimet  
is, concordat  
Iusa vox est M  
hancem profite  
sabit: quia tu  
gins Can, quæ  
sp. 1. de reform  
rinnabit, si q  
urincipie; ai  
p. principalis c  
el, quod requiri  
ate; ergo & qui  
p. sum observar

Dicitur 4. Legi  
zatum, quæ est  
quidam determina  
tum substantiam,  
cum subditu subjec  
tante valorem me  
us naturali Prince  
bus in contractibus  
jus diviniti, quod  
expienda, etiam S

Dicitur 5. Per se  
Legislator per accide  
tervantiam ratione sc  
iat illâ conditione  
velit legem ferre,  
ratione juramenti.

Dicitur 6. Non i  
procur habet vim dir  
ictum Principis rel  
atum respectu sui ipsi  
ea respectu ipsius e  
volvendi.

directè ex vi ligetur. His to legis imo bus, ad omnes locorum, à lege, quam ad vim direc- rōpria voluntate, legislator Mo- obligatur pro- nec quoad vim effectivam

dienda existimet, quando & ipse illis reverentiam præbet, concordat Textus in l. 4. C. de LL. lib. 1. tit. 14. *Digna vox est Majestate regnantis legibus alligatum se Principem profiteri. Hoc ipsum etiam æquitas naturalis postulat: quia turpis est pars suo universo non con- gruens Can. quæ contra z. dist. VIII. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. Totius familie Domini status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non invenit in capite: atqui Legislatore legem non observante pars principalis corporis est disformis universo & illud, quod requiritur in corpore, non invenitur in capite; ergo æquitas naturalis dictat Legislatorem legem suam observare debere.*

Dicitur 4. *Legibus propriis: legibus putè humanis: lex enim, quæ est humana solum quoad modum & quandam determinationem materialem, & est divina quoad substantiam, huic non minùs Principes, quam ceteri subditi subjiciuntur. Sic suppositâ lege deter- minante valorem monetæ pro pretio rerum venalium, jure naturali Princeps obligatur servare hujusmodi pre- cium in contractibus; item suppositâ determinatione juris divini, quod Communio semel in Paschate sit recipienda, etiam S. Pontifex illâ lege obligatur.*

Dicitur 5. *Per se obligatur: quia certum est, quod Legislator per accidens obligari possit ad legis suæ ob- servantiam ratione scandali, vel ratione pacti: quando scil. illâ conditione principatum suscepit, ut nullam velit legem ferre, nisi quam ipsemet observet, vel ratione juramenti.*

Dicitur 6. *Non tamen directè: quia lex principis, prout habet vim directè obligandi, est imperium po- liticum Principis respectivè ad subditos, Princeps au- tem respectu sui ipsius non potest esse subditus; ergo lex respectu ipsius conditoris non habet vim directè obligandi.*

Dicitur 7. *Nec quoad vim coactivam*: quia cogere & pœnas infligere est actus extrinsecus à superiore proveniens.

Dicitur 8. *Sed indirectè quoad vim directivam*: quod nihil aliud est, quam quod Princeps obligetur à lege naturæ, ut se conformet suis subditis in observantia legis suæ ex hypothesi, quod illam rationabiliter tulerit: lex enim naturæ Principem obligat ad procurandum bonum commune, sed hoc maximè dependet à bono exemplo Principis & conformitate omnium membrorum.

*Obj.* Dicitur Princeps solutus esse omnibus legibus & super omnes leges; ergo non obligatur suis propriis legibus.

*R.* Princeps dicitur solutus legibus quoad vim coactivam, non autem quoad vim directivam: Dicitur etiam esse super omnes leges, non quod ab omni obligatione legis sit immunis, sed in hoc sensu, quod Legislator legem suam ex rationabili causa mutare & abrogare vel in eâ dispensare valeat ut respondet S. Th. loc. cit.

*Q.* An si subditi obligentur graviter ex motivo certæ virtutis ad observantiam legis: v.g. Subditi obligantur graviter ex motivo temperantiae ad servandam legem jejunii: an etiam Legislator obligetur graviter ex motivo ejusdem virtutis?

*R.* Affirmativè: quia obligatio Legislatoris non est ex sola honestate & decentia, ne se subditis reddat odiosum & durum, ut multi volunt, agnoscentes solam culpam venialem in transgressione propriæ legis, sed ex lege æternâ & naturali, quæ dictat, ut Princeps in materia virtutis, quam pro bono communi necessariam judicavit, ipse hoc agat exemplativè, quod subditi agunt subjective non minus enim Princeps legi naturæ obligatur suo exemplo, quam suâ lege prospiceret.

cere bono communi, si igitur judicet necessarium suā lege determinare subditis observantiam certae virtutis, subditi obligabuntur in materia illius virtutis subjectivè vi subjectionis, quā obligantur obedire superiori legi timè præcipienti; ipse verò Legislator tenebitur ad observantiam ejusdem virtutis exemplative: quia nimirum caput communitatis non minus tenetur suo exemplo prospicere bono publico quam subditi suo obsequio.  
ex quo

*Sequitur:* Principem transgrediendo suas leges in materia gravi non peccare venialiter tantum contrà honestatem & decentem conformitatem cum cæteris membris reipublicæ, sed mortaliter contrà illam virtutem cujus materiam suo præcepto observandam Princeps determinavit, cum hoc tamen discrimine, quod subditi obligentur ad servationem legis positivæ ex lege naturali radicaliter & remotè mediante nimirum voluntate & lege Principis, Princeps verò ad observantiam ejusdem legis positivæ ex lege naturali propriè in hypothesi tamen legis à superiori rationabiliter latæ, quā hypothesi remotâ per dispensationem v. g. etiam cef- favit influxus legis naturalis.

DICO 2. Illi, qui sunt de unâ civitate, vel regno, non subduntur legibus principis alterius civitatis vel regni, sicut nec ejus dominio S. Th. hic Q. 96. 2. 5. O.

Explicatur: ad hoc ut quis subdatur legibus particuliaribus requiritur, ut sit de tali civitate vel regno vel permanenter ad instar veri civis, vel transeunter, qualiter sunt peregrini. Unde peregrini non tantum quoad leges contractuum sed etiam alias tenentur se conformare locis, in quibus tempore observantiae legis proportionato morantur.

Ratio primæ partis est: quia ratione contractū sor- tiuntur forum loci, in quo contrahunt, ideoque te- nentur ad servandas conditiones & solemnitates con-

tractus ex lege & consuetudine addi solitas in loco, in quo contrahunt.

Ratio 2dæ partis est: quia existentes in territorio alieno hoc ipso obligantur legibus territorii alieni, in quo de facto existunt, si enim brevis absentia à suo territorio sufficit ad eximendum à legibus illius, etiam brevis praesentia in territorio alieno sufficit ad subjicendum legibus territorii alieni: æquum enim est, ut sentiat onus, qui sentit commodum.

Obj. Leges obligant solos subditos juxta S. Th. pro contrariâ sententiâ allegatum; sed peregrinus existens uno vel duobus diebus in territorio alieno non est subditus illius territorii. Ergo

R. Distinguendo mi. Non est subditus permanenter Con. transeunter N. nullus fit subditus Principi permanenter, nisi vel ratione originis, vel domicilii vel delicti; aliquis fit subditus transeunter ratione brevis præsentiae: quia est de bono communis, ut omnes actu existentes in territorio nil repugnans bono communis faciant; ideo leges prohibentes, ne aliquæ merces ex territorio avehantur, ne peregrini ultra tot dies morentur, obligant peregrinos: quia aliter defendi populus non posset; ergo pariter per brevem præsentiam aliquis fit subditus transeunter respectu harum legum. aut Principis has leges ferentis: nam omnes leges respiciunt bonum commune loci, in quo feruntur, & ad subjectionem legis sufficit præsentia temporis implendæ legi proportionata.

Effectus legis est id, quod lex in subditis operatur: de quo:

DICO 3. Ad hoc ordinatur unaquaque lex, ut obediatur ei à subditis. Unde manifestum est, quod hoc sit proprium legis, inducere subditos ad propriam ipsorum virtutem S. Th. hic Q 92 a. 1. O. sive duplex est effectus legis: obligare, & bonos reddere subditos.

Pri-

DE LEGI

Prima pars ex  
legi est obligatio  
qua quali in ac  
tum vis obligat  
obligatio passiva  
legi pareant;  
quam quædam  
ratio extrinseca  
nam intelligimus  
id debere legi ob  
naturalis parent, I  
frem fil, ad pecc  
modo Creaturæ ra  
tum duplex potest  
veniali vel mortali,  
tia, 2dæ sub poe  
toro externo.

Dues: Nulla e  
st verum imperiu  
penali obligante ac  
zium; si enim e  
peccato obligaret  
superioris sub pecc

4. Distinguend  
obligaret, vel ad  
Con. præcisè ad n  
lege penali purè ta  
teria à lege præscri  
non obligat, ad ef  
penæ, quæ, sicut  
in conscientiâ est (

1da Pars itider  
effectus legis est fi  
tos, vel simplici  
humanæ, vel sec

Prima pars explicatur & probatur: primus effectus legis est obligatio non quidem activa, quâ lex promulgata quasi in actu primo vim habet obligandi: hæc enim vis obligativa est de ratione & essentia legis, sed obligatio passiva, quâ nimis subditi obligantur, ut legi pareant; quæ quidem obligatio nihil aliud est, quam quædam relatio rationis, vel potius denominatio extrinseca ab ipsâ lege obligante, secundum quam intelligimus illos, ad quos lex pertinet, necessariò debere legi obtemperare vel simpliciter, prout res naturales parent legi æternæ; vel necessariò ad certum finem scilicet ad peccatum vel poenam evitandam; quomodo Creaturæ rationales legi subjacent, respectu quatum duplex potest esse obligatio legis id sub peccato veniali vel mortali, quæ dici solet obligatio in conscientiâ. 2dò sub poena solum, quæ dicitur obligatio in foro externo.

*Dices:* Nulla est vera & propria lex, ubi nullum est verum imperium vel prohibitio; atqui in lege pure poenali obligante ad poenam duntaxat nullum est imperium: si enim esset imperium, hoc ipso etiam sub peccato obligaret; quandoquidem omne præceptum superioris sub peccato obligat.

¶. Distinguendo probat. Hoc ipso sub peccato obligaret, vel ad materiam præceptam vel ad poenam Con. præcisè ad materiam præceptam N. Tametsi in lege poenali pure tali nullum sit præceptum respectu materiæ à lege præscriptæ, ad quam propterea sub peccato non obligat, adeo rāmen verum præceptum respectu poenæ, quæ, saltem si exigatur, etiam ex vi præcepti in conscientiâ est subeunda.

2da Pars itidem explicatur & probatur: secundus effectus legis est facere quantum est in se bonos subditos, vel simpliciter & in ordine ad finem totius vitæ humanæ, vel secundum quid, & in ordine ad finem

particularem, quia lex est regula practica; atque effectus regulæ est conformitas actionum regulatarum sive talis bonitas & rectitudo, qualis à lege intenditur; ergo effectus legis est facere bonum subditum, sic lex naturæ, si servetur, facit bonum hominem. lex civilis bonum civem. lex Ecclesiastica bonum Clericum, lex Evangelica bonum Christianum.

*Obi. 1.* Lex potest impleri per actum malum; ergo impletio legis non semper est bona, ergo lex non semper facit bonum & virtuosum subditum.

*Ré.* Distinguendo aut per actum malum formaliter ut pertinet ad legem. N Materialiter & aliunde vitiatum Con. Sensus est: quod, cum leges rectæ esse debeant, ita, ut id, quod præscribunt, sit juxta rectam rationem; sequitur, quod subditus, qui alias cum debitiss circumstantiis legi obtemperat, virtuosus & bonus efficiatur; quamvis interim modus virtutis per se sub legem humanam non cadat, sed solùm substantia, ita ut legi satisfieri possit per actum non undequaque rectum, attamen hic actus inquantum conformis est legi, rectus est.

*Obi. 2.* Lex potius efficit hominem malum, quam bonum, ideò Apost. ad Rom. 4, conqueritur de lege: *Lex iram operatur, ubi enim non est lex nec prævaricatio.* ad Rom. 5. *Usque ad legem peccatum erat in mundo; peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset... Lex subintravit, ut abundaret delictum.*

*Ré.* Distinguendo aut. Lex efficit hominem malum per se & formaliter N. per accidens & occasionaliter Con. Sensus est: Legem per accidens & præter intentionem, adeoque nullo vitio legis sed vitio transgressoris, causare peccatum, quatenus ob depravatam naturæ corruptæ inclinationem per accidens auget concupiscentiam juxta illud: nitimur in vetitum semper cupimusque negata. Legem autem per se non esse causam

DE LEGI  
Impeccati satis in  
damus? lex pec  
cipui, nisi per le  
m, nisi lex dicer  
Ex dictis colligu  
ficiens est superi  
bitam & potest;  
adere legem, r  
e in eos, insupe  
in legis & punitiv  
superiori politico  
etra et subjectum  
um, quod tert leg  
agent subjectum e  
ius rationis, quib  
objeciva five objectu  
vno, prohiberi,  
formalis est publi  
scripturam, i  
dilacione facta, sin  
obligandi. Causa fi  
bus demum formalis  
ad eius observantiam e  
vera lex dicit duratione  
aut usque ad mortem  
durationem habilem  
donec lex abrogetur  
is revocatione, vel c  
ione.

DISPU

De immu  
Dropter reverentia  
cultui divino dic  
lona specialiter à legib

sam peccati satis indicat Apost. ad Rom. 7. *Quid ergo dicemus? lex peccatum est? absit. Sed peccatum non cognovi, nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret; non concupisces.*

Ex dictis colliguntur causæ legis: nimirum causa efficiens est superior politicus habens jurisdictionem politicam & potestatem jus dicendi: quia nemo potest condere legem, nisi habens subditos & jurisdictionem in eos, insuperque vim coactivam ad executionem legis & punitivam coercendi transgressores, quæ soli superiori politico competunt. Causa materialis subjectiva est subjectum imminiatum legis. Quasi actuum, quod fert legem, est intellectus illius, qui fert legem; subjectum quasi passivum sunt subditi capaces ylus rationis, quibus lex imponitur. Causa materialis objectiva sive objectum sunt actiones humanæ, quæ præcipi, prohiberi, puniri aut permitti possunt. Causa formalis est publica & solemnis promulgatio legis sive per scripturam, sive per præconem, sive alio modo idoneo facta, sine qua lex non consequitur vim obligandi. Causa finalis est bonum commune, effectus demum formalis & intrinsecus legis est obligatio ad ejus observantiam eaque stabilis & perpetua: quia vera lex dicit durationem non tantum ad aliquot dies, aut usque ad mortem Legislatoris vel præcipientis, sed durationem stabilem & quantum est de se perpetuam, donec lex abrogetur materiae desitione aut superioris revocatione, vel contrariæ consuetudinis præscriptione.

## DISPUTATIO XIX.

### *De immunitate Ecclesiasticâ.*

Propter reverentiam rebus ac personis specialiter cultui divino dicatis debitam aliquæ res & personæ specialiter à legibus & jurisdictione civili exemptæ